ondum.

Miraberis (Vir celeberrime) temeritatem meam quòd Ego Ignotus non verear Te compellare his meis Literis, parum Literatis. Et sane illud ausus non fuissem, nisi Ecclesiae & conscientiarum fuisset ratio habenda; sententiam enim tuam in casu dubio matrimoniali efflagitare teneor, aliis praeteriens, fretus doctrina tua & sapientia, plus quam humana, in operibus tuis divinis conspicua, tum etiam studio sanciendi tranquillandi conscientias, tanta celebritate famae apud Exteros noto. Praemisso itaque facto tum casu dubio tandem sententiam meam, breviter apponam.

Ita autem factum comparatum est.

I. Gallus quidam à Parentibus in Patriam nostram missus, Germanicam linguam addiscendi gratia, Juvenis alias spectatae probitatis et Integritatis, hospitis filiae consortium ambit, procandi animo, consulto virginis Patre, cum in finem annuit Pater, adit virginem Procus, consilium de ducenda ea in uxorem aperit, si neque Parentes sui consenserint. Virgo facilis consentit, à cujus illico parte omnia ad conclusionem spectant.

II. Mox adornat Convivium virginis Pater, vocant convivae, gratulantur hi Proco quasi re confecta, seceditur à Cena in conclave, sponsio de futuro extorquetur Proco, junguntur utrimque dextrae, sed ita ut repetat conditionem ille: Si Parentes consenserint sui, & subreptitie quasi, nec sine persuasione Proci adigatur in haec retia, haec sponsalia.

III Interea ille virginis formositate, et carnis lascivia de-
ceptus, commiscere se cum illa conatur, cui illa quidem
initio obsecundat, verum ita ut in ipso amplexu vene-
ipsum dimoveret.

IV Memor interim ille obstrictae fidei, parentum conse-
sum, & iterato quidem flagitat, sistunt hi sese coram,
res virginis inquirunt. Rebus exploratis consensum negant
discedunt ~~[illegible]~~ re infecta. Perstant in negando co-
sensu, exorari omnino ac flecti nescii. Causae negati a pa-
rentibus consensus redire dicit videntur, 1. doli suspicio, e
occulta a parte virginis practica, ut loquuntur. 2. d
de virginis familia sparsi rumores. 3. angustia rei fa-
liaris premens virginem, et dos tenuis 4. subsequens agen-
in Parentibus virginis modus. 5. conditiones ultro [illegible]
in rem filii sui, ineque familiae suae commodum.

V Contra urgere rem vehementius Parentes virginis, mu-
jam, praetexere sponsionem absolutam, sed ipsorummet
dato a Patre virginis, attestantibus, tantum condition-
fuisse. Hinc nascitur Casus.

Procus Conscientiae scrupulosae, inter extrema duo
stitutus, quo se vertere debeat ut Conscientiae ...
satisfaciat, dubius anquirit. Illinc ad implenda sponsalia
vent 1. obstricta fides, eo eo, quo diximus, modo. 2.
stuum lascivia & turpitudo quibus deus, dum illa cum
7 se re conaretur. 3. Constantia amoris in virgine. 4. praeju-
& opprobrium illatum virgini, si deserat illam. Hinc ver-
menda eadem suadent, & a priori instituto retrahunt
sensus Parentum suorum pertinacissime negatus, 2.
minae de indignatione aeterna in filium si conjugium
summaverit. 3. Parentum eorundem senium, quos
sit contristari, quibusque secundum Deum vitam debe-

Nulla difficultas spectare, quin judicarem hujusmodi sponsalia dirimi. I. quia adjectæ conditiones honestæ & possibiles, si non implentur, dirimunt sponsalia conditionata de futuro. Atqui primum inter eas conditiones sibi locum vendicat in hoc casu consensus Parentum, antecedens nititur regula Juris, posterius ex facto intelligitur. Imo conditio etsi non fuisset expressa, debuit esse subintellecta.

II Quia tales hi Parentes, qui sunt ad consentiendum idonei, prosentes mente sani, filio bene cupientes, ut ex circumstantiis facti liquet.

III Quia in rationibus negati consensus, ut ut error possit esse in facto v. gr. quoad rumores sinistre sparsos de familia virginis, nulla tamen in fide per se iniqua, & optime in hoc casu præsumendum Parentes intelligere quid è re & bono sit liberorum. Nec culpa carent à parte virginis qui præcipitantiæ illius & suspicionum hinc enatarum causa sunt.

IV Quia si ungidam reverentiam filiorum & authoritatem Parentum scriptura commendat, certe hoc in casu fit. Exod. XXII. 17. Deut. VII. 3. 1 Cor. VII. 38 &c.

Nullum (ingidam) obstaculum ergo quin statuerem hujusmodi sponsalia dirimi, nisi virginis pudori vel honori viderer, quod detractum gestuum lascivia & conatu rei venereæ illatæ videretur, Procum obligare ad matrimonium contrahendum, nisi forte locus Exod. XXII. 16. censeatur de ipsissima coitione & concubitu proprie dicto, tantum loqui, de quo valde dubitem, ut stabunt mea sententia, Cui tamen Procum, antequam illam Theologis summis tradiderim examinandam, astringere nolui, si forte locum Exod. XXII nimis late interpretarer.

Vehementer ergo rogo (Vir clarissime) ut sententiam tuam in hoc casu nobis transmittas, quo sciamus quid nobis agendum, ut Conscientiæ & officio nostro satisfaciamus, et

Broeus, qui verâ poenitentiâ peccata deplorat, ex hisce pedis ad tranquillitatem Conscientiae redeat. Quod etiam (Vir celeberrime) Deum opt. Max. veneror in Christo, ut Academiamque vestram, fide vera, conscientia bona & soli[illegible]ditate, magis magisque beare dignetur.

R. T.

Humillimus Cliens
Gothofredus Baertmans, p.t. [illegible]
[illegible] Nisbardmensis & Rector [illegible]
Sobernheimensis [illegible]

Sobernheimii 1662 20 9bris
A. St.

P. S. Responsum poterit laudato Latori tradi, qui illud capta occasione ad me transmittet.

Plurimum Reverendo, clarissimo, doctissimoque Dno Dno Johanni Coccejo, SS. Theologiae Doctori, ejusdemque facultatis Professori in celeberrima Lugd. Bat. Academia

Lugd. Batavorum